Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26373
Copyright: Admont, Benediktinerstift





nobis loquitur. s; susurrat. quia et si se plene non intimat.
quidda tamen de se humane menti manifestat. Tc neqquam
iam susurrat s; loquitur. cum eius nobis species certa reue
latur: Hinc est enim quod in euglio ueritas dicit. Palam de
patre meo annuntiabo uobis. Hinc Io hs ait. Vide
bimus eum sicuti est. Hinc Paulus ait. Tunc cognoscam
sicut et cognitus sum. Nec autem diuinum susurrium tot ad
nos uenas habet. quot creatis operibus ipsa diuinitas presi
det. Dum enim que sunt cuncta creata cernimus. in creatoris
ammiratione subleuamur. nam sicut aqua cum labitur lenitur
fluens rimata per uenas queritur ut augeatur. tantoque se ua
gatius fundit. quanto uenas apertiores inuenerit. ita nos dum
studiose diuinitatis notitiam ex creature eius consideratione
colligimus. quasi susurrium illius ad nos uenas aperimus. quia per hoc
quod factum cernimus. uirtutem creatoris ammiramur. et per ea
que sunt in publico. illud ad nos emanet quod latet in occul
to. Quasi enim per quendam ad nos sonitum erumpit. dum con
sideranda nobis sua opera ostendit. quo semetipsum ut cumque in
dicat. dum quam sit incomprehensibilis manifestat. Quia igitur
considerare eum digne non possumus. non eius uocem s; uix susurrium
audimus. plene enim perpendere neque ipsa que sunt creata suffi
cimus. Recte ergo dicitur. quasi furtiue suscepit auris mea uenas